

quasi tutta l'Italia  
partecipa.

Dall'una parte  
v'è il Conte di  
Virtù, e

dall'altra la Lega  
de' liberi Comuni  
e de' Signori.

Padova è stata  
scelta come base  
delle operazioni per  
motivi strategici,

ed ivi in Pra' della  
Valle s'è fatta la  
rassegna delle  
truppe.

tantis odiis agitur, tota fere vel clam vel palam Italia partes habet, et spei participes et impense. quod quidem bellum quicunque casus exceperit, pars victa iugum, adminiculatrixque penas vincenti etiam invita datura est. sed ut de apertis hostibus loquar, et in quantum ambigua<sup>(a)</sup> lance eos fortuna constituerit videoas, est inde potentissimus dominus Galeaz<sup>(b)</sup> Virtutum comes<sup>(1)</sup>, dives opum et militum, suis tamen, ut fama est, subditis exosus, precipitio imminens<sup>(c)</sup> et ab eo culmine, quod facilis ascendit, aliquanto<sup>(d)</sup> facilius ruiturus; hinc autem societas hec populorum et principum, qui, quanquam viribus et animo vigeant, stipendiis tamen et imposito ere gravati<sup>(e)</sup>, non poterunt diu tantam largitionem ferre. ea propter perpendentes in mora periculum, collegerunt vires suas et hostem, qui certat cunctando vincere, detractantem<sup>(f)</sup> pugnam urgere decreverunt. Padua sedes belli delecta est; huc sociorum copie converunt; huc congestum est totius lige robur. ab nulla enim parte magis videtur offendи posse hostis, qui hinc<sup>(g)</sup> Alpibus, inde Liguribus, atque hinc Appennino circumcisitus, solam hanc, etsi difficilem, qua invadi possit, viam habet. qui si ullis<sup>(h)</sup> armis vindicatus est, hec et<sup>(i)</sup> necessaria sunt et satis sunt. quicquid enim expertissimorum ducum et probatissimorum militum quotidianum bellum, quo hec<sup>(k)</sup> nostra Italia iandudum nimium frequens est, accepit aut peperit, in hec castra collatum est, quorum faciem pridie civium oculis, ut spes<sup>(l)</sup> suas cernerent, subiecere. omnis namque exercitus in campum suburbanum deductus est; singuli ordinibus suis dispositi; instructe acies; explicata sunt signa; et concurrendo, iaculando, seque commiscendo, veri speciem retulere certaminis. ut autem videoas quibus presidiis eundum sit, queve spes habenda, connumerabo<sup>(m)</sup> tibi omnes duces fama celebres, quos in hunc exercitum fortuna et sociorum industria collegit.

(a) *Mur.* in qua ambigua T in quam ambigua      (b) *Mur.* Galeatus      (c) *Mur.*  
imminent      (d) *B G* aliquando      (e) *P Ra* gravi      (f) *B P* detractantam      (g) *Mur.*  
magis offendì posse videtur hostis quam hinc      (h) *T* quod si ullis      (i) *Mur.* etiam  
haec et      (k) *P* quod hec      (l) *P Ra* spem      (m) *B P* connumerando

(1) Vertus, l'antico capoluogo del « pagus Virtudis », lontano circa ventotto chilometri da Châlons-sur-Marne fu creato « comté-pairie » e dato in dote ad Isabella di Francia, la prima moglie di Gian Galeazzo Visconti.